Currenda.

Venerabili Clero dioecesano Salutem in Domino!

Nro 109. Resolvendo relationes Officiorum Decanalium super statu morali Dioeceseos, Ordinationi hujati dto 10. Decembris 1840. Nro 2313. pro anno 1841. horsum exhibitas, sequentia observenda esse ducimus:

1. Displicuit Nobis magnus prolium illegitimarum numerus — inter 28979. natorum dantur 1819. thori illegitimi — unde vitium luxuriae, in majoribus praesertim Civitatibus, multum dominans esse intelleximus. Injungimus eapropter animarum Curatoribus, quatenus in institutione tum publica, tum privata, praeprimis in s. confessionis tribunali, luxuriae turpitudinem sistendo, ab hoc vitio efficaciter dehortentur; utque foeda matrimonia, vel vero meretricum publica scandala in ambitu suarum Parochiarum nullatenus tolerent, quibus si propria auctoritate ac mediis muneris pastoralis obicem ponere non valerent, Magistratui politico corrigenda deferantur.

2.) Intelleximus, praeceptum ecclesiasticum de confessione paschali apud proprium Parochum facienda a multis negligi, sed et divinum ac maxime salutare confessionis institutum a quibusdam vilipendi. Edocendi igitur erunt fideles de hujus salutaris officii gravitate, monendique, ut si justa de causa confessionem apud proprium Parochum facere nollent, indulgentiam petant confitendi apud alium Sacerdotem, nunquam illis denegandam. In tali vero casu Parochus convictionem sibi comparare studebit, utrum revera sancto huic officio apud alium Sacerdotem satisfecerint, vel per productum absolutae confessionis Testimonium, vel si illud exigere prudentia haud suaserit, privata ac tacita rei investigatione. — Qui autem obstinate ad confessionem venire detractant, illi non quidem publice de suggestu publicandi sunt — quod et leges politicae prohibent, et prudentia pastoralis dissuadet, utpote quum talis agendi ratio exacerbationem potius quam emendationem produceret — sed praeter institutionem publicam privatim quoque de divina Sacramenti poenitentiae institutione ejusque ad salutem necessitate efficaciter edocendi, simulque paterno affectu monendi sunt, quatenus consulendo animae suae saluti, hoc salutari remedio uti non negligant.

3.) Cum animi dolore comperuimus quoque, plures fidelium non provisos morituriendium Sacramentis e vivis cessisse. Accidit hoc 372. e quibus 101. ob domesticorum negligentiam. Monendi igitur erunt fideles publice de suggestu, quatenus, nulla ratione habita importunitatis sive temporis sive tempestatis, quamprimum morbum apud quemdam suorum ingravescere cognoscunt, illico Sacerdotem advocari curent, ne fors perditae animae causa existant. Animarum vero Curatores hoc gravissimum suum officium esse agnituros, ut vocati irremore spirituale auxilium ferant, nulli dubitamus.

Premisliae die 24. Februarii 1842.

Nro 569. Ab antiquissimis temporibus obtinet in Ecclesia christiano-catholica consuetudo, quod populus in Ecclesiis ad Divina congregatus cantare sacra cantica soleat. — Communis rite modulatus cantus eo suavius ad concinnendas Deo laudes, universorum animos abripiens, et augendae mutuae fidelium devotioni est proficuus, et communem eo gratiorem in conspectu Dei orationem efficit.

Dum porro populus eorum, quae modulatur, sensum quoque debite percipit, contentae in canticis veritates et religiosae reflexiones religioso affectu abripiunt fidelium animos, et eo fortius promovent illos spirituales fructus, religiosam fidelium videlicet perfectionem, quo omnis Nostra cura, Ministrorum scilicet Ecclesiae tendere debet.

Sacrum isthoc Institutum pro suo piissimo zelo C. R. Regimen politicum Imperii Augustissimi Imperatoris Nostri, sicut quaevis, quae ad bonum et splendorem Ecclesiae et Religionis catholicae faciunt, omni sollicitudine promovere studet, — sanctonibus quoque suis definivit, ut ecclesiastica cantica, antiquo usu in Ecclesiis hujus Regni consecrata, et in sua antiqua modulatione, rite adornato cantu observarentur, factis ad quaspiam singulas expressiones mutationibus, quae ad meliorem populorum intelligentiam fecerint, tum alia quoque cantica similia, genio populi convena, conficerentur.

Haec universa dioecesanis Ordinationibus anteriorum jam temporum intimata, haud dubie Clero Dioeceseos Nostrae nota esse debent; at vero observantia horum non adeo in Ecclesiis practicatur. — In plerisque Ecclesiis cantantur, quae quisque vult, et quomodo vult; immani clamore implent Ecclesiam, et adstantium aures offendunt, quin aliquis intelligat horum sensum, quae cantantur; in aliis item Organarius modo organum pulsans, aut duae tresve vetulae, aut unus alterve sic dictus *Brat* alicujus Confraternitatis aliqua ad suum arbitrium sibi cantare videtur, uti, quod infrascriptus ipse expertus est, in quapiam Ecclesia in Festo Assumptionis B. M. V. tres sic dicti *Bracia* canticum: » Qui passus est pro Nobis etc." decantabant.

In tanto disordine bilem Nostram praeprimis movet, quod plerique animarum Curatores, id sibi culpae non ducentes, audeant dicere, haec non sibi, sed Organariis et aedituis obligationis et officii esse. — Haec dum amare cordi Nostri viscera percellunt, denuo pudore suffundimur, dum horum Regnorum, dum Nostrae Dioeceseos ditiores et honoratiores incolae, in finitimis Regnis et Provinciis commorantes, Nobis anteponant, seu potius exponant, quod alibi ad omnimodam aedificationem excitans modulatus cantus instituatur, dum in Ecclesiis Nostris offendat, et devotos in Orationibus conturbet.

Adimplendis muneris Nostri officiis intenti, super quibus aliquando strictam Deo reddituri sumus rationem, aeque in auctoritate ecclesiasticorum statutorum et politicarum Ordinationum Clerum Nostrum praemonemus, hanc quoque ponendo ante oculos singulis reflexionem quod cultiores incolae Nostri Dioecesani, tali sacrorum canticorum consuetudine in Ecclesiis Nostris offendiculum habentes, aut de inveterata quapiam Cleri Nostri ruditate, aut de negligentia et quopiam muneris sui indifferentismo Parochorum Nostrorum conquerantur.

Horum itaque universorum habita ratione, ordinamus:

1.) Ut quisque Parochus pro sua stricta obligatione conetur, non vero id Organariis et aedituis relinquat, ut populus in Ecclesiis cantica sacra in Ecclesia, ex praescripto libello, decantare soleat, et ad ordinatum cantum, praeeunte organo, adsuefiat.

2.) Ut Parochi pro data occasione, et imprimis tempore catechisationum, quas praescriptum canticum omnino praecedere debet, fideles faciant attentos ad sensum eorum, quae decantantur, et mutationes in quibusdam canticis, eo tantum fine ut facilius intelligantur, confectas observent.

3.) Quodsi in quibusdam Ecclesiis specialia quaepiam alia cantica observentur, haec praevie Nobis communicare soleant.

4.) Intelligitur autem ex se, quod sacri hymni, Antiphonae et alia cantica, quae pro diversitate festorum et sacrorum rituum chorali decantantur cantu, omnino juxta persistentem consuetudinem et praxim Ecclesiae observari debeant.

Premisliae die 23. Martii 1842.

Nro 534. Altum Excelsi C. R. Gubernii Decretum dto 28. Februarii 1842. Nro 9311. concernens modum procedendi cum literis patentalibus Invalidi demortui, Clero Dioecesano pro stricta observatione praesentibus publicatur:

» Nach der Patental • Invaliden • Inſtrukzion vom 14. Mai 1828. D. 1948. I. Abſchnitt §. 14. (Prov. Geſ. Sammlung ex 1828. pag. 294.) iſt es die Pflicht der Ortspfarrer, vor der Beerdigung eines Patental • Invaliden, deſſen Original • Patental • Urkunde ſich vorlegen zu laſſen, ſie von oben nach unten zu durchſtreichen, und auf dieſelbe (gleich an die letzte Zahlung angereiht) den Tag des Todes des Invaliden zu bemerken.

Da dieſe Vorſchrift von den hierländigen Ortspfarrern wenig oder gar nicht beobachtet wird, ſo wird das Konſiſtorium hiemit aufgefordert, den unterſtehenden Pfarrern über Anſuchen des k. k. General • Militair • Kommando nachdrücklich aufzutragen, daß dieſer Vorſchrift von denſelben auf das Genaueſte nachgekommen werde."

Premisliae die 31. Martii 1842.

Nro 556. Excelsum C. R. Gubernium sub 23. Februarii 1842. Nro 8304, communicat literas Circulares C. R. Cameralium Redituum Administrationis, ad Districtualia Officia Cameralia sub 31. Januarii 1842. Nro 37. emanatas, quibus negotia peculium Ecclesiarum attinentia tymbri immunitate non gaudere declarantur; quam dispositionem pro notitia et directione Cleri Dioecesani apponimus:

» Gemäß hohen Hofkammer • Dekrets vom 17. Dezember 1814. Nro 43962 — 4635, wird den k. k. Kameral • Bezirks • Verwaltungen und ſonſtigen Gefälls • Organen Nachſtehendes zur Wiſſenſchaft und Darnachachtung bedeutet:

Die Kirchen-Verwaltungen ſind bezüglich auf den Stampel nicht als öffentliche Anſtalten oder Aemter zu betrachten, da das Kirchen-Vermögen ein Privat-Eigenthum der Kirche iſt, das nach den ſpeziellen Zwecken ſeiner Beſtiftung und Widmung adminiſtrirt, und wenn auch von der Staats-Verwaltung beaufſichtiget, doch nicht von ihr unmittelbar als Staats-Vermögen oder als ein öffentliches Gut mittelſt öffentlicher Beamten verwaltet wird.

Die Kirchen-Verwaltungeu ſind daher wie andere Verwaltungen irgend eines Privat-Vermögens bezüglich auf den Stampel zu behandeln.

Zugleich wird aufmerkſam gemacht, daß, wenn dieſe Kirchen-Verwaltungen auch wirklich als öffentliche Aemter oder Anſtalten zu betrachten wären, der Umſtand, daß ſie eine Unterſtützung aus dem Staatsſchatze oder aus einem öffentlichen Fonde erhalten, noch nicht hinreichen würde, ſie den öffentlichen aus den Finanzen dotirten Fonden und Anſtalten gleich zu halten, da Beiträge, Unterſtützungen, Pauſchalien u. dgl. noch keine eigentlichen Dotationen aus den Finanzen ſind, die auf die Stämpelfreiheit Anſpruch geben, worunter nur jene Zuſchüſſe verſtanden werden können, die in Folge der von den Finanzen übernommenen Verbindlichkeit für die Bedürfniße der Anſtalt, um die es ſich handelt, zu ſorgen und ihre Abgänge an Kaſſemitteln zu decken, aus den Finanzen erfolgt werden."

Premisliae die 31. Martii 1842.

Nro 557. Alta Excelsi C. R. Gubernii Resolutio dto 24. Februarii 1824. Nro 9787. qua quaestiones super denegata vel vero subdole consecuta extraditione testimonii paupertatis ad C. R. Instantias politicas pertinere declarantur, praesentibus in notitiam Cleri Dioecesani deducitur:

„Die zur Ausführung des Artikels 90. des Allerhöchſten Stämpelpatents erlaßenen Anordnungen ſchreiben vor, daß die zur Erlangung der Sampelfreiheit im gerichtlichen Verfahren erforderlichen Armuthszeugniſſe von dem Pfarrer des Ortes, wo die Partei wohnt, erlaſſen, und von der Ortsobrigkeit beſtätiget werden ſollen.

Es iſt nun die Frage aufgeworfen worden, ob, da das Stämpelpatent ein Finanzgeſetz iſt, die Beſchwerden über Verweigerung eines ſolchen Zeugnißes der Kameral- oder politiſchen Behörde zur Entſcheidung zuſtänden.

In Erwägung, daß es ſich hier weſentlich um ein Urtheil über die Thatſache der Armuth einer Partei handelt; daß das Armenweſen überhaupt in den Bereich der politiſchen Verwaltung gehört, und nur durch ihre Organe und Mittel mit Klugheit und Geſchicklichkeit die Daten zu einer genügenden Ueberzeugung über die häusliche ökonomiſche Lage einer Familie beigeſchafft werden können; daß nur dieſe geeignet iſt, über den Vorgang von Seelſorgern hierin abzuurtheilen und ihnen Weiſungen zu geben, und daß die Parteien in den Finanz-Behörden einen betheiligten Gegner vorausſetzen würden: hat die h. Hofkanzlei im Einverſtändniße mit der h. k. k. Hofkammer beſchloſſen:

1.) Die politiſchen Behörden ſind berufen, über Beſchwerden abzuurtheilen wegen Verweigerung eines Armuthszeugnißes zur Erlangung der Stämpelbefreiung vor Gericht.

2.) Sie entſcheiden ebenfalls über Anzeigen dritter in den Rechtsſtreiten intereſſirter oder öffentlicher Aemter in Betreff der Erſchleichungen der erwähnten Zeugniße über Annulirung oder Aufrechthaltung derſelben.

3.) Im Falle die Entſcheidung dahin ausfällt, daß das Armuthszeugniß erſchlichen oder ungebührlich erfolgt wurde, iſt ein Exemplar dieſer Notion der erſten betreffenden Gerichtsinſtanz, bei welcher der Prozeß geführt wird, mitzutheilen, damit die weitere Beibringung ungeſtämpelter Akten ſiſtirt werde, und eben ſo der betreffenden Kameral-Behörde, damit ſie in der Lage ſei, gegen die Partei mit Rückſicht auf Art. 408. des Gefällen-Strafgeſetzes vorgehen zu können.

Dieſe Verfügungen werden dem Konſiſtorium im Grunde h. Hofkanzleidekrets vom 13. Jänner l. J. Z. 728. zur Wiſſenſchaft und Verſtändigung des unterſtehenden Kuratklerus bekannt gemacht."

Premisliae die 31. Martii 1842.

Nro 600. Communicatas Nobis alto Excelsi Gubernii Rescripto dto 12. Martii a. c. Nro 10872. literas Circulares C. R. Administrationis Cameralium Redituum sub die 29. Januarii 1842. Nro. 2447. ad Districtualia C. R. Officia Cameralia datas in objecto, quando C. R Fiscus advocatiam Parochiarum, Scholarum etc. sustinens tymbri praescripto stringatur vel vero ejus immunitate gaudeat, per praesentes in notitiam Venerabilis Cleri Dioecesani deducimus:

„Aus Anlaß der vorgekommenen Anfragen

a) ob dem Fiskus, in ſo ferne er Schul-Kirchen-und Pfarr-Konkurrenz-Beiträge im gerichtlichen Wege einzubringen, oder überhaupt rechtskräftige politiſche Erkenntniſſe im Rechtswege durchzuſetzen hat, und

b) ob demſelben in Vertretung einer unter dem Patronate des Landesfürſten oder des Religionsfondes ſtehenden Kirche, Pfarre oder Schule die Stämpelfreiheit zukomme, hat die hohe k. k. allgemeine Hofkammer im Einvernehmen mit der k. k. vereinten Hofkanzlei, mit dem Dekrete vom 15. Jänner 1842. Z. 50577-5255. Folgendes bedeutet:

Nach dem §. 84. des beſtehenden Stämpel- und Taxgeſetzes iſt der Fiskus in allen Geſchäften, rückſichtlich deren, wenn ſie von Privat-Perſonen unternommen würden, die Urkunden und Schriften dem Stämpel unterworfen wären, nur dann ſtämpelfrei, wenn die Stämpelgebühr aus dem Staatsvermögen beſtritten werden müßte.

Wenn daher der Fiskus politiſche Erkenntniſſe im Rechtswege durchzuſetzen hat, ſo tritt die Stämpelfreiheit desſelben nur dann ein, wenn dieſe Durchſetzung im Intereſſe des Staatsſchatzes, oder eines aus demſelben dotirten Fondes Statt findet, nicht aber wenn ſie im Intereſſe eines nicht dotirten Fondes, oder einer nicht dotirten Anſtalt, oder ſonſt eines Privaten oder eines Privat-Vermögens verfügt wird.

Wenn insbeſondere bei Pfarr-Kirchen- und Schulbaulichkeiten die Konkurrenz-Beiträge im Rechtswege durchzuſetzen ſind, ſo iſt dem Vorausgeſchickten zu Folge der Fiskus nur dann ſtämpelfrei, wenn dieſe Inſtitution, als: Schulen, Pfarren, Kirchen u. dgl. mit ihren ſonſtigen Bedürfniſſen den Finanzen zur Laſt gehen, nicht aber wenn denſelben, in deren Intereſſe eigentlich der Bau geführt und alſo der Konkurrenz-Beitrag geltend gemacht wird, mit eigenem Vermögen beſtiftet ſind, oder Patron oder ſonſt Jemand für ihre Bedürfniſſe zu ſorgen hat, in welchen Fällen aus dem eigenen Vermögen der Kirche, Schule oder Pfarre, oder von dem Patrone oder demjenigen, der ſonſt für die Bedürfniſſe der Kirche, Pfarre oder Schule zu ſorgen verpflichtet iſt, der Stämpel zu beſtreiten ſeyn wird.

In ſofern dieſe Verpflichtung den Patron trifft, und der Landesfürſt oder ein aus den Finanzen dotirter Fond als Patron eintritt, wird der Fiskus ſtämpelfrei ſeyn, da in dieſem Falle die Stämpelgebühr aus dem Staatsvermögen beſtritten werden müßte.

Wenn der Fiskus oder ſonſt Jemand eine Gebühr vorzuſchießen in die Lage kommt, ſo ſteht ihm das im §. 2. des Stämpel- und Taxgeſetzes angedeutete Recht auf die Forderung des Erſatzes zu.

Hiernach iſt ſich in vorkommenden Fällen zu halten."

Premisliae die 14. Aprilis 1842.

Nro 682. Altum Excelsi C. R. Gubernii Decretum dto 7. Aprilis 1842. Nro 14333, continens dilucidationem alti Decreti dto 31. Martii 1841. Nro 15519, medio literarum Circularium dto 22. Aprilis 1841. Nro 821. communicati, quo animarum Curatoribus facultas instruendi pauperes adolescentes Parochiae suae in objectis Gymnasialibus benignissime concessa exstitit, pro directione Cleri Curati per praesentes notificatur:

„Seine k. k. Majeſtät haben aus Anlaß der über die Anordnung der mit hierortiger Verordnung vom 16. Jänner 1841, in Betreff der den Seelſorgern auf dem Lande ertheilten Bewilligung zum Privat-Unterrichte in den Grammatikal-Klaſſen a. u. geſtellten Anfragen unterm 1. Februar 1842. A. h. zu entſchließen geruhet, daß die in der erwähnten A. h. Entſchließung vorkommende Beſtimmung „Seelſorger auf dem Lande" nicht auf Landdechante und Pfarrer allein, ſondern auch auf Kooperatoren und Kurat-Benefiziaten, die nicht im Orte eines Gymnaſiums ſich befinden zu beziehen ſei, und daß ferner dieſe Seelſorger zwar an den vereinzelten Privatunterricht nicht gebunden ſind, wohl aber die A. h. Anordnung, daß dieſer Unterricht nur an einzelne arme und talentvolle Knaben ihrer Gemeinde ertheilt werden dürfe, ſtrenge anzuwenden ſei, indem dann, wenn dieſe A. h. Ermächtigung richtig aufgefaßt und angewendet wird, ſich ein förmliches und insbeſondere lucratives Schulhalten nicht ergeben kann.

In allen übrigen Beziehungen ſind bei den auf dieſe Art unterrichteten Schülern, die ſonſt für Gymnaſial-Privatiſten beſtehenden Vorſchriften genau zu beobachten, daher dieſelben insbeſondere auch der geſetzlichen Vorprüfung zu unterziehen, und von der Prüfungstaxe nicht frei zu halten ſind.

Hievon wird das Ordinariat im Grunde h. Studienhof-Kommiſſionsdekretes vom 12. Februar 1842. Z. 832. zur Verſtändigung der Seelſorger in der unterſtehenden Diözeſe mit dem Bedeuten in die Kenntniß geſetzt, daß dieſe Gattung Privatſchüler bei der geſetzlichen Anmeldung beim Beginne des Schuljahres mit den ſonſt für Gymnaſial-Privatſchüler vorgeſchriebenen Ausweiſen auch jederzeit ein gültiges Zeugniß über ihre Dürftigkeit beizubringen haben."

Premisliae die 22. Aprilis 1842.

Franc. Xav. Eppus.

Ex Consistorio Episcopali r. l.
Premisliae die 28. Aprilis 1842.

Adalb. Dziama
Cancellarius.